

32. - *Et hoc stetit de Clugiensibus, ut revertantur per loca sua ad habitandum.*

33. - De eunuchis vero statuimus, ut, si quis eos ab hinc in antea facere praesumpserit secundum inolitam consuetudinem, ut ipsam poenam sustineat ipse, aut se de nobis redimat: et si hoc negaverit se fecisse, cum duodecim electis se inculpabilem reddat, sin autem, poenam sustineat.

34. - Volumus, ut per sex mancos solidos ab uno homine sacramentum recipiatur, et, si plus fuerit, usque ad duodecim mancos duorum hominum iuramentum sit satisfactum, et ita usque ad duodecim libras Veneticorum, semper addendum, per duodecim electos iuratores perveniat, ut, quantae sint librae, tanti sint etiam iuratores: nam si ultra duodecim librarum [summam] questio fuerit, iuratores ultra XII non excedant.

35. - Statuimus enim de pigeribus, quae inter partes posita fuerint, ut, si qua contentio de his orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit (1).

56. - 841, 1 settembre. *L'imperatore Lotario conferma ai Veneziani il possesso dei beni nel regno.*

FONTI: Arch. Stato, Venezia, *Liber Blancus*, c. 4; cod. marc. Zanetti lat., n. 400, c. 76 v.; cod. naz. Torino, I, iv, 7; cod. marc. lat. XIV, c. 69; 77, c. 37.

EDIZ.: Mon. Germ. Hist., *Capitularia*, II, 136 sgg.; Dandolo, *Chronica*, ed. cit., 151 sg.

In nomine domini nostri Jhesu Christi Dei eterni,

(1) *La trascrizione del Diplovataccio (cod. marc. lat. XIV, 75, c. 5; 77, c. 39) reca in margine il seguente escatocollo:*

Et ut hec nostra constitutionis et pacti auctoritas fidelibus nostris credatur et nostris successoribus per tempora habentia omni munimine stabiliatur, manu propria fideliter eam firmavimus et anuli impressione signari iussimus.

Signum Hlotarii serenissimi angusti.

Erambaldus notarius. Actum Teodonis, pallatio regio.

*La sua autenticità è però assai dubbia.*